Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31294
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



150

In fortitudine istius panis ambulant fideles usq;
ad montem paradisi Tertius panis est materialis et
temporalis substantiae / De isto pane dicit in gen In sudore
vultus tui vescaris pane tuo Et istos tres panes
petimus in oratione ista Nota illud verbum salvatoris
in Luca dicens / Amice commoda mihi tres panes iste
qui tres panes recepit collationem boni Sunt alii tres
qui recepit ablationem mali Circa quod notandum est
quod duplex est malum scilicet malum culpae et malum poenae quia
malum culpae est duplex scilicet preteritum et futurum Hodie
igitur hoc sunt tres petitiones ablationis mali In prima
petimus maliz culpae preteritae nobis dimitti / cum
dicimus dimitte nobis debita nostra Sunt peccata sunt
parabolam xpi quia posuit Simonis leprosi di
cens Duo debitores erant cuidam ~~fenatori~~ fene
ratori et est parabola secundum glo. intelligitur de debito ~~fe~~
peccati Ista debita petimus nobis dimitti a deo Sicut dimit
timus debitoribus nostris .i. illis qui contra nos peca
verunt Et istud intelligitur de debito iniuriae quas debe
mus dimittere / aliaqin nisi dimittamus deus nos
dimittet nos dicens xpo Deus pater vr celestis non
dimittet vobis nisi vos dimiseritis unusquisq; de
cordibus vestris Sicqua enim mensura mensi fuerit
mensura remunerabitur vobis Si igitur vis quod deus di
mittat tibi peccata tua dimitte tu illis qui contra peca
verunt Iohannes dicit et ex ore tuo te iudico Ser
ue nequam dicas enim dimitte mihi sicut ego dimitto
sed tu non dimittis igitur dicas quod tibi non dimittatur Sed
nunquid ille qui exercet in fratrem odio dicit istam ora
tionem peccat / Dico quod non / quia non dicit in
persona propria sed in persona ecce quod patet qz dicit